Mortecass. 64.

Hos meriti magni papae premitto Johanni
Papam post istum papam numero Benedictum
Pelagium Romae prelatum postea prome
Hinc tu Gregori conformans cuncta decori
Aecclesiae Christi sal atque lucerna fuisti
Post te Bleranum civem Lego Sebinianum
Hinc Bonifacius et Bonifacius annumerentur
Deusdedit et quintus Bonifacius his socientur
Honorium cum Severiano teque Johannes
Inter predictos celestes scribimus amnes
Post hos Theodoro Martinum consociemus
De quo quid fuerit per Grecos passus habemus
Additur Eugenius presul quoque Vitalianus
Adeodatum cum dono suscipiamus
Scribitur hinc Agatho Sicule regionis alumnus
Et copulatur ei prudens Leo papa secundus
His adiungatur Benedictus sive Johannes
Et Conon tecum Sergi sextusque Johannes
Hinc alio papa gavisa est Roma Johanne
Et te Sisinni genito genitore Johanne